

per hunc modum, uidelicet quod dicto Coste distincte uendidit medietatem domus predictae quia maritauit filiam suam quam dicta Pliti habuit cum primo uiro suo predicto. Et etiam filij dicte Pliti quorum nomina sunt Gregorius et Hemmanuel fecerunt cartas manu tabellionis greci dicto Coste non mollestando illum occasione dicte uendicionis. Qui Costa postea reuendidit dicto Gregorio illam suam medietatem quam dicta Pliti eidem Coste uendiderat. Nunc uero mortuo dicto Gregorio remansit uxor sua uocata Caracosa eius sola commissaria que intro-

missit totam domum predictam tam partem ipsius Pliti quam partem ipsi Gregorio per dictum Costam uenditam, tuens se per formam noticie in qua continetur totam domum esse scriptam dicto Gregorio quod dicta Pliti ut nomine suo asseritur non curauit facere in uita dicti Gregorij quia non putabat ipsum Gregorium filium suum talliter ipsam decipere et quia etiam ipse Gregorius nunquam mouit questionem dicte Pliti de dicta parte tempore uite sue. Et propterea ipsius nomine supplicatum fuerit quod eidem dignemur de nostre subuentionis aminiculo benigne suffragari. Capta fuit pars ut iura dicte Pliti non pereant ullo modo set potius recuperare ut justum est ualleat quod est suum, cum per rectores Rethimi qui ibidem fuerunt per retroacta tempora asseratur dictum notarium quem dictum instrumentum noticie dicitur confecisse non bene fuisse sufficientem. Quod mandetur et scribatur nostro rectori Rethimi quod non obstante aliquo puncto sue commissionis iura dicte Pliti et partis aduerse audire et examinare debeat dilligenter et in ipsis terminare et diffinire prout eidem uidebitur fore justum.

25

Οἱ Τοῦρκοι ἐν γένει οἱ ὅπωςδὴποτε συλλαμβανόμενοι καὶ ἰδίως οἱ ὑπὸ τῶν πλοίων τοῦ στόλου τῆς Ἑνώσεως κατὰ τῶν Τούρκων δὲν δύνανται νὰ παραμένωσιν ἐν Κρήτῃ, διότι πολλαπλασιαζόμενοι θὰ καθίσταντο ἐπικίνδυνοι, ἀλλὰ θὰ ἀπελαύνωνται τῆς νήσου, παρεχομένης προθεσμίας ἑξ μηνῶν. Εἰς τοὺς παραβάτας ἐπιβάλλονται ποιναί. Οἱ οὕτω ἀπελαυνόμενοι Τοῦρκοι μόνον πρὸς δυσμὰς ἀποστέλλονται. 1341, Μαρτίου 6.

Fo 63^r N^o 610. Millesimo trecentesimo XLI, die VI Marcij.

Capta. Quia est occurrendum rebus dubijs salubri remedio et per armatas que fiunt contra Turchos in nostra insula Crete capiuntur Turchi et conducuntur in insulam antedictam, qui nisi aliter prouideatur possent in tantum multiplicare quod inducerent de facili sinistrum insule memorate. Uadit pars quod de cetero aliqui Turchi conduci non possint ad insulam nostram Crete, nisi illi quos nostri ceperint in armatis predictis et nichilominus Turchi huiusmodi sic capti per dictas armatas et conducti ad insulam antedictam debeant extrahi per illos, quorum erunt, de insula memorata infra menses sex, post quam in ipsam conducti fuerint

- 10 sub pena yperperorum xxv pro quolibet Turcho non extracto et pro qualibet uice. Et si quis decetero conducet seu conduci fecerit ad insulam nostram pre dictam aliquos alios Turchos, quam illos, qui capti fuerint in armatis prefatis cadat in penam yperperorum xxv pro quolibet Turcho quem conduxit uel fecerit conduci, et nichilominus teneatur eos extrahere uel extrahi facere de dicta insula
- 15 infra dictum terminum sex mensium, ut supra de alij dictum est, et sub eadem pena de illis uero Turchis, qui presentialiter sunt in dicta insula Crete, si quis extrahere uoluerit hoc facere possit, ita tantum quod aliquem ipsorum, qui nunc sunt in dicta insula, non possint conducere nec conduci facere ad alias partes, nisi ad partes ponentis sub pena predicta. Et si aliquis uenderet, donaret, permutaret seu alio modo transferret in alium de Turchis qui nunc sunt in dicta
- 20 insula, et emptor seu ille in quem forent per donationem, permutationem, seu alio modo translati, eos conduceret ad alias partes quam ponentis ut dictum est, si dictus emptor, seu ille, in quem forent per donationem, permuttationem seu alio modo translati, aut de bonis suis in insula non poterunt reperiri, cadat emptor, donans, permutans et seu alio modo transferens de suo proprio in penam
- 25 predictam. Et committantur hec omnia et singula inquirenda et executioni mandanda nostro duche et consiliarijs Crete et alijs nostris rectoribus dicte insule, uidelicet illi rectori qui primo sciuerit aut cui primo facta fuerit accusatio de premissis et a contrafacientibus exigant dictas penas, de quibus habent tercium et relique due partes sint communis. Si autem accusator inde fuerit per cuius
- 30 accusationem ueritas habeatur habeat aliud tercium et teneatur de credencia et reliquum tercium sit communis.
- 33 Non 2 — non sincere 3 — alij de parte.

26

Οἱ ἀδελφοὶ Λέων, Ἰωάννης καὶ Κωνσταντῖνος Πάγκαλοι ποτὲ Γεωργίου, δουλοπάροικοι Πέτρου Γκρέτη, κάτοικοι τοῦ χωρίου Ἀρχιστράτηγο, αἰτοῦνται ὅπως ἀπελευθερωθῶσι. Ἡ Γερουσία ἀναγνωρίζουσα τὰς ὑπηρεσίας ἀποδέχεται τὴν αἴτησιν. 1341, Μαρτίου 8.

F^o 64^{to} No 628. Millesimo trecentesimo XLI, die VIII Marcij.

Capta. Cum Leo, Johannes et Constantinus Pangalo filij quondam Georgij, uilani Petri Greti habitatores in casali Archistratigo supplicauerint et exposuerint nostro dominio, quatenus dignaretur ipsos et filios atque heredes natos

5 et nascituros eorum liberare et francare ita quod nulli teneantur pro uillanis, neque aliquis possit eos complere in aliquo circulo seruitutis etc. attenta eorum fidelitate et libera dispositione quam habent ad nostrum dominium, ac uisa et examinata supplicatione eorundem. Capta fuit pars quod fiant franchi sicut

